

2069 inter ruinas Lavinii FABR. Extat basis marmorea Praticae litteris evanidis.

IMP · CA Esari diui  
NERVAE · Filio ner  
VAE · TRA Iano  
AVG · GERManico  
5 PONTIF · Max  
TRIBVN · POtest  
IMP · III · COS · ...  
LAVENTES · LAVINATES  
D E C Dec  
10 · P V B L lce

Fabretti 682, 66 (inde puto verba repetivit Vulpi Lat. 6 p. 99). Ego recognoscens non legi nisi ex vv. 4—5 ea quae dantur litteris rectis, reliqua evanuerunt.

2070 basis marmorea. In oppido Pratica FABR. Ibi extat ante aedes Borghesiorum. Neque alibi descripta est ab auctore ignoto Panvini et Ligorii; nam quamquam in schedulis Panvianis loci indicatione caret et apud Gruterum legitur sub falsa indicatione 'Romae inventum in Transtiberina', Ligorius cognovit eam extare Praticae, cum recte Lavinium Praticae collocarit.

D I V O · A N T O N I N O · A V G  
S E N A T V S · P O P V L V S Q V E · L A V R E N S  
Q V O D · P R I V I L E G I A · E O R V M · N O N  
M O D O C V S T O D I E R I T · S E D · E T I A M  
5 A M P L I A V E R I T · C V R A T O R E  
M · A N N I O · S A B I N O · L I B O N E · C · V ·  
C V R A N T I B V S · T I · I V L I O N E P O T I A N O  
E T · P · A E M I L I O · E G N A T I A N O · P R A E T  
II · Q · Q · L A V R E N T I V M  
10 L A V I N A T I V M

vidit anno 1732, Lat. 6 p. 27. 99; Nibby *viaggio* 2 p. 264, *analisi* 2 p. 223. De visu citat Chaupy *maison d'Horace* 3 p. 378. E Grutero repetiverunt Cluverius Ital. antiq. p. 888, Kircher Lat. p. 23, alii. Orelli n. 124.

V. 10 neglectus est a Fabretio Vulpio Nibbyo (qui non esse in lapide eum versum falso adfirmat *viaggio* l. c.), ideo quod humi latebat. Recte exhibent eum exempla Fabretio antiquiora.

*Divo Antonino Aug(usto) senatus populusque Laurens, quod privilegia eorum non modo custodierit, sed etiam ampliaverit. Curatore M. Annio Sabino Libone c(larissimo) v(iro), curantibus Ti. Iulio Nepotiano et P. Aemilio Egnatiano, praet(oribus iterum) q(uin)q(uennalibus) Laurentium Lavinatium.*  
— De M. Annio Sabino Libone cf. Mommsen eph. epigr. 3 p. 159.

Descriperunt Dettlefsen et Bormann, vidi ipse. Primum reperitur scripta in duobus foliis solitariis scriptis fortasse manu diversa inter Panviniana cod. Vat. 6035 f. 18' et f. 125 et apud Ligorium ms. Taur. vol. 10 s. v. *Laurentum*; ad eundem fontem redit exemplum editum a Grutero 256, 7 'ex Ursini schedis'. Postea descripserunt Fabretti 682, 67; Vulpi, qui

2071 in bivio Laurentinae [Laurentina via secundum Fabrettium finiebatur Tor-Paterni, ubi ille collocavit Laurentum; cf. Fabretti 752, 596] et viatrii Lavinium laevorsum tendentis sub taberna *La Santola* FABR. Quaesivi loco q. d. *La Santola* — tabernam *La Santola* nullam novi —, cum anno 1880 Pratica Romam pedibus iter feci; me non invenisse eo minus miror quod iam Marinii tempore particula tantum inscriptionis superfuisse videatur (cf. infra).

D I V O  
senatVS · POPVLVS que laurens  
I GETIANI · MEI  
MORTALEM · MEMORIAM  
5 EX · AENO · COLUMNISQ · MAR moreis  
HONOREM · REFECIT  
NI · L · ALPINIO · CLEMENTE · CVRAT · REI · PVB

Servavit Fabretti 603, 30. Praeterea de hac inscriptione refert Marinus (Arv. p. 532) haec: *chi l'ha veduta, mi assicura, che vi era incisa la medesima iscrizione dall'altra parte, della quale non restan ora che queste voci*

.....  
... HONOREM · REF  
..ANT · L · ALPINIO · CLEMENTE  
C · V

Sed haec verba potius ad ipsum titulum quem Fabrettius descripserat pertinent magis mutilum factum eo tempore quod fuit inter Fabrettum et Marinium.

3 in. fortasse [indulgentiam; 3. 4 ob indulgentiarum eius immortalem memoriam proposuit Mommsen. — 7 in. [curant]e]. — 7 fin. REI · PVB] versu separato dat Fabr., sed pressus spatio, ut ipse indicat.

Lapidem ex Lavinii rudibus esse ablatum probabile est. Inde v. 2 supplevi, collata n. 2070.

2072 Romae nella strada dei Bergamaschi presso S. Giacomo degl' incurabili MAN.

I V L I A E · A V G  
M A T R I · C A S T R O R V M  
I M P · C A E S · L · S E P T I M I  
S E V E R I · P I I · P E R T I N A C  
5 A V G · A R A B · A D I A B · P A R T H  
M A X I M · F O R T I S S I M I a. 198—210  
F E L I C I S S I M I · P · P  
I M P · C A E S · M · A V R E L L I  
A N T O N I N I · P I I · F E L I C I S  
10 A V G · E T  
S E N A T V S · E T · P A T R I A E  
!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!  
M A T R I  
L A V R E N T E S · L A V I N A T E S

Servavit Manutius Vat. 5237 f. 127, unde edidit Henzen huius corporis vol. VI n. 1047.

Vv. 11 et 12 olim fuisse scripta nomina Getae et verba in v. 11 *senatus et patriae* restituta esse in litura suspicatur Henzenus.

Laurentes Lavinates cum etiam Romae imperatoribus statuas dedicare potuerint, has inscriptiones Lavinio Romam esse asportatas non est certum.

2073 (Romae) ad Pantheon [sic videtur legendum esse] CITT.

D O M I N O N O S T R O  
I N V I C T I S S I M O et  
O M N I V M P R I N C I P V M Virtute  
B E N I V O L E N T I A I N D V L G E N T I A  
5 E X V P E R A N T I S S I M O  
I M P C A E S A R I m A V R E L L I O  
A N T O N I N O O P T I M O  
S A N C T I S S I M O Q V E P I O  
F E L I C I A V G P A R T H · M A X  
10 B R I T A N N M A X P O N T I F  
M A X T R I B P O T · X V I I M P · I I a. 213  
C O S III P R O C O S P P  
L A V R E N T E S L A V I N A T E S

Servavit Cittadinius apud Manutium Vat. 5253 f. 133. Inde Donius 3, 31 (ex eo Mur. 1053, 2) 'ex sched. bibl. Vat.' et Fabretti 686, 93 'ex schedis Vaticanis'. Est huius corporis vol. VI n. 1066.

Hiatus indicantur in fine vv. 1. 2. 3. 6. 8. — 6 M O M., 7 A N T O N I O C i t t.